

E.

IO. AN. EPISCOPI ALERIENSIS AD SVMMVM PON. PAVLVM. II. VENTVM; ET
MARGVM SANCTI MARCI CARDINALEM EPISTOLA.



AUSTO AC Felici solo tuam urbem Pater beatissime Paule. II. Venete. Pont. maxime ac fortunatis originibus positam a primis illius fundatoribus cum secula imperii magnitudo testatur: tum in primis illud: quod aut eccl. in loco maxima innumeraque excellentium hominum sunt exorta ingenia: aut undequaque oriunda natalis dulcedinem patriæ Roma felici migratu commutarunt: fortuna maioris uicem: ac munus romana sibi moenia fore arbitrati. Romanum enim ex iis plurimi post diffusum latet imperium: qui in diluens terrarum partibus natu sunt: miro studio ueluti in primum: & maximum orbis theatrum conuolarunt. Cuius rei hodie quoque speciem amplissimam cernimus: cum ex tot clarissimis regio nibus in tua felici curia tantæ maiestatis patres intuemur: ut merito haud ita imperii iure: & si id quoque permagnum est: ut fidei & religione gratia sacrosanctæ: qui est splendidior: & iustior in terris principatus: ab exordio ad tanta rerum molem tua urbs esse preparata noscatur. Creuit ab exiguis quidem initiis: pater sancte: urbs tua ingeniosis quoque: ac scriptis clarorum hominum: uariarumque linguarum uocibus celebrata: quæ tanq; ad spem sui oculos luminis fulgor: ac splendor rapit: ita quicquid magna nixum uitute & claræ indolis sibi concium omni in genere mortalium fuit: claritudine ac nitore ad se propriæ maiestatis allexit: ut breuissime uerissimeque poeta magnus cecinerit.

Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma.

Septem quæ una sibi muto circundedit arces.

Verum sicuti nihil æque difficile est: atque quibus ex orbis terræ partibus præstantioris ingenii romana felicitas noſ tanti magnitudine uiros ad se ornatam traxerit: ita cōstanti doctori consensu ex tua Venetia liquet florentissima qdem & uiroque summoque ubertima: ingenii quosdam: & doctrinæ primæ cultu facile principes Romæ accessisse. Quis est: n. Virgilio suo in generet: ut ab eo incipiamus: maior: q; Plynio doctor: quis Liuio candior & huberior: hos certe elegatissimos: & maximos misit Venetia: quorum reliquis de eorum laudibus loco alio seruatur oratio: Patauino nostro Veneto amplissimum diuus Hieronymus testimoniū reddidit. In quo certe illud fuit: quod p̄terea fortasse datum est nemini: ut se ipsam facilius in monumento ære pereniore: quā uel in imensis ædificiis mobilibus: uel in legū uenerandis sanctiōibus: imperii tati uiribus atque magnitudine nudam: & sciam nō absque summa dignitate maiestate amplitudine: gratia: & quod est his maius oībus: æternitate orientē simul coalescentemque ad fastigium usque pueſtam: ibique placidissime generi humano dominante Romæ licuerit ſueti. Tibi igitur pontifici maximo historicæ primū & maximi imperii ornatorem: ac per te cultissimo tuo: ac modestissimo Marco sancti Marci cardinali: ep̄o uicentino: quā fieri potuit diligentissime recognitū: siquid unq; alias hoc tempore potissimum destinauit: morem meū tua uenia in præsenti etiam epistola seruans: ut animi gratia Paulo huberius scribam: quā fortasse epistola postularet: ille uero dictionis huius erit modus laudationem primū delibabo liuanam: rem mihi in primis arduā uires: p̄prias æstimant: quis enim tam eleganti fratum se putarit ingeni o: quis ea doctrinæ copia: q; tanta erit eloquētia uel arte politus uel natura prædictus: uel imitatione formatus uel studio præparatus: ut ornatorem audeat amplitudinis Ro. imperii Liuium non inepit: non iejune: non minus auctoris merito prædicare: quod est tamen ideo temptandum in præsentia: ne laudati romani nominis grauis prædictor exilem: ac mēdicum ſaltem in operis sui principio non habeat præconem. Conabimur illud igitur: ostendamusque deinceps: quo præente nostris potissimum diebus ausi simus Liuium attractare: illius auctoris admiratione succensi nostro tam Marte impotentes ad magnifice dicitionis eius intelligentiam aspirare: quid ego deniq; ac illustri letatione me plurimum delester collegisse: ita labor mihi lectionis leuabitur: & quibus maxima debeo parua opera satifaciam. Sed id primum confiteor non magis opinione mea liuanæ dignitatis attingi laudē posse: quā triumphatis Romæ splendorem cerni: quæ oceano imperium astris fama terminauit. Satis ne cōmendabit Liuiū quæqua: qui maxime oīum inter historicos cēsetur flumie labi ppetuo eloquentiae tanta ubertate nitore ac gloria: ut Roma: imperio par illius decus dicendo coequarit. Neq; enim urbs p̄potens tot annis tantarum nationum dominatu præstantius armis bellavit: togae pacis tradidit morem non sublimius in qua uictor nationum populus & eō: quos uicit illustris moderator: aut generosior in rebus gerendis: aut in gubernando iustior fuit: quā noster historicus domitoris nationum p̄facta dictaq; in utriusque sorte fortunæ æquabili rettulit dictione. Talis qdem ac tantus sui singulis atque oīibus operis partibus: quales & quātū uiri ii fuere: & singuli: & uniuersi: quō: manibus: ac consiliis illa sunt gesta. Herculem. n. merito historias dixerim: quod alacris ubique incedens robustus & floridus: nulla re difficultate: nullo obrutus pondere superatur. Non illum uarietas confusum: nō simplicitas historiæ fatidientem redditin tenuit: quod persæpe accidit: atque humili rerum materia non est exanguis: aridus: & iejunus: in copia Nero: ac magnitudine turgescens nō exit ac uastus: plenus citra tumorem: æquabilis ac lenis citra molliciem: nec luxuriose effluens: nec nimia iterilitate tabescens: in asperis rebus non salubrus: neq; languens in mollibus: non uiolenta & coacta oratiōe subsultans: non ita tamen copiosus ut nimius: neq; ita suavis: ut lascivus: nec adeo lenis: ut remissus: non siccus: ut horridus: neq; ita finis

*Uincens Heracleus
Herculem.*

plex: ut nudus: aut adeo cōptus: ut affectata cōpositiōe calamistris uideatur in usus par uerbis materiae: par sententiis rebus: in te gesta exprimenda grauis: atq; magnificus: & tamē succinctus ac p̄ prius: in narratione naturalis: & semper expectatus: ordinem minime confundens: & terū euenta nō praecurtēs minime in gratiam adulator: aut reprehēdendo parcus in ueniam: nō amarulētus i noxā. Ipsi quoq; senatui ordini illi orbis terræ moderatori uenerādo. Po. q̄ R. terrarū p̄cipi: si uel teme titate praecepites: uel errore lapsi: uel quacūq; foret ratiōe supra modū iustumq; euecti: nequaquam parcens. Res etiam aduersariorū debita cōmendatione non defraudans: ut modo narrator tantum modo censor esse uideatur: atq; ita seuerus & tetricus ut ne censorib⁹ quidē grauissimis q̄bus nihil Romæ sanctius fuit: ubi facto usus fuit: unq; ignouerit. Quib⁹ qdē uirtutib⁹ summis clarissimis q̄ scriptoribus cōparatur: sicuti in sententiā ubiq; p̄cipue tamen in consiliis & disceptationibus maiestate: at uero in concionibus ante omnia uerborū parcus: sententiārum diues: multo est uerbis quam sensu restri ctior atq; cōcisiōr: i qua parte nō cæteros scriptores tantum: sed seipsum quoq; longe antecellit: ut aliquanto augustius differens sermone humāo ad oraculorum pœne respōsa accedere iudicet. Quæ res si sunt ulla arte acq̄ sitæ: cur nemini unquā discipulo æmulādæ tradi potuere cura quo sint p̄ceptore sumptæ: non diſteritur. Sin ut potius reor naturæ fuerunt excellentis: uiro unico illi & singulari magis cælitus p̄abitæ quam humanitus: uel traditæ uel meditata sunt cēlē dæ: ut maiestas illa æternæ rationis simul ac Romanum potētatu decreuit tantopere supra omnia imperia eminere cōtinuo quoq; eiuscemodi scriptorē eius decerneret: qui dictio[n]is gloria pat R.o. potentati æq̄balem i omnibus sibi historicum neminem unq; foret habiturus. Nam nemo plenius aures hominū implet: uici dius animos penetrat: excitatq; facilius affectiones: nemo acrius pponit: uæhemētius persuadet: asperius irritat: urget imp̄s̄ius: nemo disfluit aptius: sedat facilius: ueloci⁹ disfluadet: cumq; i delectādo sit summus: in amplificādo ditissimus: exemplis in primis copiosus: si mulos p̄cipue habet utrāuis in partem accōmodatissimos: aculeosq; acerrimos & tormētis uerba simillima: ut quocūq; itenderit: humanos illuc sensus affectionesq; uel torréti rapiat modo: uel turbinis more prosternat: uel toris uice refrigerat: blandi⁹ malagmati ad omnem mollitudinem resti guat exemplo. Extollat Timotheum: alii Orpheum p̄dcent: illum fidibus & cantu armatoriū rabiem: istum dirarum horrificos tumultus lenisse. Illorum profecto artes perdiscere nemo est uertit⁹: huius ne ediscerentur conciones: editio est principum interdictum: quoniam tatus nullo quisquā fuerit tempore i flectēdorū quoquis animorū: uel artificio: uel gratia: uel natura. Quid multis imotorū nō materiæ magis Liui decades felicitate censem̄tæ sunt: quā ipse Romanorū idē felicissimus potētatus quod Liui illi cōtingit habere p̄ræconē: huīus sit oratio hi s summa: hic cardo: ueluti solū R.o. iperū denuo refloresces: aut nulla mūdi potētia Romā rediuiuā ex suis busillis: ac igētium moliū parietinis q̄ sparsa: lacera: & trūca cōspicimus: excitabit: iſtaurabitq; oīno: pari modo: aut Liui us si restituatur ab iteris: aut mortaliū q̄ sunt: quiq; erūt: nemo extinctas luæ hisſtoriæ partes renouabit: aut similes cuendet. Q uod si cuipiā dīcere nimis uideore ea historiarū mēbra imanius sumat: q̄ noster Liuius semel absoluera: nā hōdile quoq; ex græcorū thesauris supstes ad nos puenit historia: & uel ex Polybio magno qdē illo & graui scriptorē primū pūi cū bellū: a Fabii retro gurgitis & collegæ ichoās q̄do ibi desit: Liui⁹ cōsulatu uel ex Appiā alexādrio: uel auctortū alio bella ciuilia socialia ue aut cætera romanorū rerū mēbra cōplectat. At sunt uit̄ clari: & nobiles: q̄ hæc cū laude uerterū i latinū: nō equidē ſificias eo uerū ea nō sunt talia: ut cū liuiianis scriptis cōferant. Hactenus pauca de liuio. Ad primi æuo nostro p̄electoris eius memoriā propero: nec tacebo Frāciscum Petrarchā: qd̄ fando accepi: modestissimū illum quidem: & amēni cultus: atq; ingenii uirum nō mediocriter tempestate sua iliūiana historia uigilasse: sed ille: ut dicā: cum Pacuvio sibi profecit: & musis: illud uerissime referre me puto primum omniū ætate nostra Victorinum feltrensem lectionem publice audiētibus p̄buisse liuiā agēti hominum admiratione & fama. Quo uiro: quia mihi Christus Dominus dedit: ut altof sin usus atq; p̄ceptore: ueniā p̄fatus: peto: ut mercedis loco pauca de illius moribus te audiente perstrigā. Victorinus feltrensis æui nostri Socrates: saceruli sui ornator ac decus: fama: & gloria academiæ mantuanæ: uiuēs ille quidē uite constantia uenerabilis: legēs admirabilis: absens quæfūtus: mortuus admodum defyderatus: hospes ille: quinimo pater pauperū studio ſoḡ humanitatis ſuscitator: latinitatis erector: ſapientiæ magister: honestis ſpecimen: bonitat̄ ſexim̄ plum: diuītarū contēptor: ingeniōrū ſubleuator: & alia plāraq; & Liui⁹ primus ut itactum pelag⁹ atq; inexpertū noster Tihpys aperuit: & patauinos theſauros hēp̄ridum hortis cluſiores patefecit: ille quidē in Italæ natus ueneto agulo Patauii partim: pūi Venetiis ingenti gratia & fama: & qd̄ est in docentibus laudatissimum: magna docuit cū integritate: ubi cū auditorū liberalitatibus grā est in docentibus laudatissimum: magna docuit cum integritate: ubi cū auditorū liberalitatibus grā dem posset pecunia facere: ita diuītarū ſcholaſtīcorū dōa capiebat. neq; n. uir ille quæſtu docebat mer cænario: ut Proculi illius ſocratici p̄ceptoris more atq; iſtituto datus aliquid: aliquid ſumeret: ut diuīdēda haberet in pauperes ſtudioſos: tātū. n. aberat: ut fundis delectaret ac peculio: ut ſingula tibus ānorū oīum cōtentus uel ſimētis æſtatis atq; hyemis: quotannis in egentiores: quos domi alebat & docebat: bina ſua diuideret ſuis manibus indumenta. Harū fama uirtutū lo. Franciscū Mar chionem illum iclytum mātuānū: Car. illuſtris: ac liberaliſſimi mātuāni auū ad illum Mātuam tra hendum icendit: quo cū plurimo honore: & donis tādem uenīſſet p̄cipiſ liberis datus est p̄ceptor. Iſtic ego ſum illo uſus parente & magistro. Iſtic Liuii decadū partem p̄legentem audiui: qd̄

ideo nō fuit silentio prætereundum ut si quid in recognitione profeci: auctori acceptum Victorino
 referatur: tantum enim abest: ut me pœnitentia p̄ceptorum meorum gloriae ut id unum ac maximū do
 eti animi atq; igenui argumentum censeam: a quibus ipse hauserim oīa fontibus referre magistrorū
 Qui plura uoluerit discere de Victorino: sunt. n. eius omnis splendoris: ac dignitatis plene actione
 Saxoli pratenis inter cōdiscipulos nostros minime contēnēdi: quāq; ad modum iuuēis ille fato cō
 cesterit: librū legat de uita & morib⁹ Victorini: aut cæterorū: qbus laudi magnae es: nō motes: & ui
 tam solum: aerum etiam totam Victorini scholam p̄scripsisse: quorum scriptis potueram equidem
 esse contentus: nisi in eadē cultus officina: obtuſiore licet scalpro: mihi uisus in praesenti epistola for
 tem nō absq; ingratitudinis criminis potuisse dissimulare ac præterire Victorinū. Venio ad te pater
 colēdissime: cui: ut ipse nostri: maxima debeo: atq; ut cæteri se ī hac quoq; haud exigua humanitatis
 parte tibi debere sciant: cogor ostēdere: tua enī opera subsidioq; ac liberalitate impressorū nostrorū
 ars iuuatur: & crescit: unde mirum immodum egenorum necessitatibus subuenit: cum doctissimus
 ipse ac minime inuidus libros exēlentes omnis generis habens facultatum: nobis uolens & exposi
 tus bibliothecam tuā semper aperias. Tu uero: ut reuertar ad Liuiū modestissime uir atq; sapiētissi
 me: ī nostro teipsum codice: hoc eū incredibiles animi tui uerecundi in primis uirtutes: ut saepissime
 antea p̄cenſens: nunc quoq; non sine ratione delectabere. Grauis enim morum tuorum cēſura: quo
 fāctius monumēto cognosci: quo exēplo reddi uerius potest: & si p̄cipua pars tui uirtutis uere chri
 stiana quasi manus optimi uictoris extrema: quod constanter fateor: omni gentilitatis ornamento
 in te superlinenda restabat. Recognosci tu quidem in liuio laudes tuas: cum illustrium uitorū uer
 ba: & actiones legis in alto religionis cultum: si alio animi magnitudinē: in alio uitæ omnis tenore
 æqualem: & iugem: hic tuā maximam modestiam: quæ perraro in alto dignitatis & status fastigio
 positorum est comes: referthinc tuarum in republica sententiarum modū: hic in castigādis morib⁹
 multæ lenitatis grauitatē. Mihi quidem hæc pxime legenti tu iugiter eras in mēte: actionum tuarū
 imaginē in grauiflīmis & cōpositissimis uiris de ppinquo cernebam: in. Q u. Fabio Maximo pla
 cidiū ac cunctabundum tuum ingenium admirabar: in Furio Camillo maximi animi uigorē: gra
 uitatem: atq; in omni fortuna cōstantiā: in Appiis miram scientiam: atq; facundiā: in Scipione dex
 teritatem: alacritatemq; animi: & minime inanē cogitationes ardua & magna negotia capeſcēdi: ī
T. Quicio prouidētis ac mirifice casti pectoris tui monita salutaria: in Papyrio celeritatē: atq; ide
 fessum ad res gerēdas robur: in Valeriis popularitatem placidam: modestamq; ac nequa quā esſlu
 entem obsequiam: si dē uero in omnibus maximā: paremq; prudentiam. Addebam religionē: & a
 gentilibus longissime absēdens eam quidē christianam atq; catholicā. Vnum apud Liuiū reperi
 bam: cui tu maximo quanq; simillimus ex omni tamē ā parte non es ī dem. Cato ille Cēlorinus uir
 consumatus & summus: in quo uelut in te hodie hoc maximū quoddā decus uirtutis fuit: ut quic
 quid ille ageret: natus ad id tantum esse uideretur. Cato ille inquā tantus uir amaro fuisse fertur ige
 nio: atq; ad lacerandum semper exposito: cætera eius in te cognoscimus: naturæ uero amaritudinē
 & carpendi ingenium non uidemus: quinimo si quisquā est: tu es maxime detractorum adversarius
 quippe qui es ad benemerendū de omnibus hoībus natus: atq;. S.D.N. iſſitutis: eruditus. Tibi igit
 tali uiro ac tanto p̄aſter gratiarū dator Christus dominus: ut assidue magis pacem ac gloriā ſacro
 sanctæ ecclesiæ uideas. Christiā populi de paganorū feritate: & hereticorū obſtinata prauitate uicto
 riā ſummi nostri pon. ſolūtate: oīum terræ fructuū copiam: cæli temperiem & aeris ſalubritatem: &
 ueluti in ſanctissimo dominici gregis felicissimoq; paſtore tua ſtudia ſpemq; omnē a natuitate col
 locati: ita tuarū quoq; actionū ſucessu fortunato ille assidue magis in te quietur⁹ recumbat. Ut cū
 ſummus deus ſuo ī terris uicario cuncta mētiſ tranquillæ optata tribuat: tibi ille refū ſaximārū ad
 miniftrationē ſecundet: tu nobis apud illū oīa impetres: quibus aliq; cum dignitate uitæ p̄aſtentis
 neceſſitates per ſtudia honesta: honorataſq; actiones tranſeamus. Vale.

**CL. FLORI EPITOMA DECADVM QVATTVR DECIM: TITI LIVI PATAVI
 NI HISTORICI IN CENTVM ET QVADRAGINTA LIBROS DISTINCTVM.**

C EX LIBRO PRIMO.



DVENTVS Aeneæ in Italiā & res ab eo gestæ. Ascanii regnum Albæ
 & Siluii Aeneæ: ac deinceps Siluorum regum primo libro continentur.
 Numitoris filia a marте compreſta: nati Romulus & Remus. Amulius ob
 truncatus. Vrbs a Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bella
 tum. Opima ſpolia Ioui feretriolata. In cenāturiā populū ſiuifis Fidena
 tes & Veientes uicti. Romulus consecratus. Numa pomplilius ritus ſacroru
 tradidit. Iano templum constituit: ei usq; portam: pacatis omnibus circa po
 pulis: primus clausit. Cum dea Aegeria ſibi cōgressus nocturnos eſſe ſimu
 lans feroces populi animos ad religionem perpulit. Ancus Martius cæri
 monias a Numa iſtitutas renouauit. Latinis uictis: & ad ciuitatem ascitis:
 montem auentinum assignauit. Politoru urbem latinorum bello repetitam: quam priſci latini
 occupauerant: diruit. Pontem ſublicium in tyberi fecit. Ianiculum collem urbi addidit. Fines im